VENI CREATOR SPIRITUS

SIb (SOL-) MIb SIb (SOL-) FA
Veni, Creator Spiritus, mentes tuorum visita
SOL- (FA) SIb SOL- FA
imple superna gratia quae tu creasti pectora.



SIb (SOL-) MIb SIb (SOL-) FA
VENI, CREATOR SPIRITUS, MENTES TUORUM VISITA,
SOL- (FA) SIb SOL- FA
IMPLE SUPERNA GRATIA QUAE TU CREASTI PECTORA.

QUI DICERIS PARACLITUS, DONUM DEI ALTISSIMI,

FONS VIVUS, IGNIS, CARITAS ET SPIRITALIS UNCTIO.

TU SEPTIFORMIS MUNERE, DEXTRAE DEI TU DIGITUS,

TU RITE PROMISSUM PATRIS SERMONE DITANS GUTTURA.

ACCENDE LUMEN SENSIBUS,INFUNDE AMOREM CORDIBUS,

INFIRMA NOSTRI CORPORIS VIRTUTE FIRMANS PERPETI.

HOSTEM REPELLAS LONGIUS PACEMQUE DONES PROTINUS:

DUCTORE SIC TE PRAEVIO VITEMUS OMNE NOXIUM.

PER TE SCIAMUS DA PATREM NOSCAMUS ATQUE FILIUM,

TE UTRIUSQUE SPIRITUM CREDAMUS OMNI TEMPORE. AMEN.